Apud me oratio deo uite mee: dicam deo ſuſceptor meus es. Apud me oratio. Q.d. Et cũ vndiq; ſint mala. Quid ergo agis in hac peregrinatione? dico tibi. Oratio eſt mihi in his ꝯturbatõnibus: et hec oratio eſt apud me .i. intus habeo quod offeram. non de longinquo afferam tura et aromata. nõ de grege vitulũ vel arietem. in me eſt vñ deum placem non extra me quero. que oratio ſit deo vite mee. i. qui dat vitam. dicam deo ſuſceptor meus es. quia p baptiſmũ ſuſcepiſti me in patria tua collocandũ. Ergo.

Quare oblitus es mei ⁊ quare ꝯtriſtatus incedo: dum affligit me inimicus. Quare oblitus es mei. Dũ differs promiſſa⁊ hic eſt labor q̄ oblitus videtur. Et eſt: Quare oblitus es mei? Quare nunc pateris me his miſeris vexari? videbat iſte que ſit dulcedo patrie. et pericula mundi horrebat. et quare ꝯtri. ſm ſenſu; carnis que horret has difficultates. incedo ad te ideo ꝯtriſtat⁹ dum. i. quia affligit me: tentãdo: tribulando inimicus ſc; diabolus. Quaſi triſtis incedo. dum abundante iniquitate refrigeſcit charitas multoꝝ.

Dum confringuntur oſſa mea exprobrauerũt mihi qui tribulant me inimici mei. Dũ ꝯfri. Q.d. ret. Ita affligit inimimicus. Du;. i. quia ꝯfringunẽ oſſa mea. quia etiã fortes eccleſie cedunt ſcandalis. Nam quaſi oſſa frangunẽ dum virtus patientie affligiẽ et tepeſcit quod irrident mali. Unde ſequiẽ. et etiã exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Hoc modo exprobrauerunt.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies ubi eſt deus tuus. Dum dicunt mihi per ſingulos dies. Hoc maxime in tentationibus eccleſie dicitur fidelibus. Quid dicunt? vbi eſt deus tuus? Hec eſt exprobratio illa vbi eſt deus tuus? Quaſi. vel nullus eſt vel de te non curat. etſi curat. liberet te ſi poteſt. Ipſi ita. ſed ĩñ.

Quare triſtis es anima mea: et quare conturbas me. Quare triſtis es anima mea? Uel ita ꝯtinua. Hec mihi dicunt. et quia propter hec anima mea turbata eſt ad me quid ei ſuadeam niſi quod et ſupra? Quare triſtis es anima mea et quare ꝯturbas me. Repetita ꝯfortatio eſt ꝯtra tribulationes frequentes. ſed ne dicas ideo turbor: quia hic mala patior. potius:

Spera in deo quonia; adhuc confitebor illi: ſalutare uultus mei et deus meus. Spera in deo. quoniam adhuc ꝯfitebor illi. in futuro. vel nunc. quid? quod ipſe eſt ſalutare vultus mei et deus meus. Dicit hic ipſã ꝯfeſſionem et repetit ſpei ꝯfirmationem.

In finem pſal. Dauid. XLII

In finem pſalmus Dauid. per Dauid hic intelligitur eccleſia que eſt corpus Chriſti q̃d hic gemit inter zizania. i. inẽ malos habens cũ eis multa ꝯmunia. ſc; naſci: mori: proſpera et aduerſa: pacẽ: bellum: ſalutẽ: peſtẽ. cũ quibus tñ non habet ꝯmunẽ cauſam meritoꝝ. Et ideo: poſtit in futuro ab his ſepari. Et eſt. Pſalmus iſte tendens in finẽ eſt Dauid id eſt corpis Chriſti. quod hic loquitur. Et eſt iſte pſalmus ꝯtra preſſuras ſeculi. ne et ipſe retrahant nos a deo. Intentione monet ne in preſſuris deficiamus. Modus. Bipertitus eſt pſalmus. Primo conqueriẽ de pmixtione maloꝝ. et precatur ſepari. Secũdo agit de letitia finali. id ẽ que erit in fine pro qua laudat in tribulatione. ibi. Et introibo. Uidens ergo nunc malos cum bonis corpore. volens ab eis ſepari. nunc animo. in futuro etiam loco: exclamat. O:

Iudica me deus et diſcerne cauſam meã de gente non ſancta: ab hoie iniquo et doloſo erue me

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Deus iudica me. in futuro ſeparando a malis'. Iſte videns miſericordiã: non timet iudiciũ. ideo ait. Iudica. Q. non timeo iudiciũ. quia noui miſericordiã tuam. non metuo vltorẽ. quia agnoſco indultorẽ. Timere poſſẽ. ſi diſtricte mecũ ageres. ſed nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe. Miſericordia tua mihi opus ẽ. Nã ſi iudiciũ. vel iuſticiã exhibueris ſine miſericordia. quo ibo? Si iniquitates obſeruaueris quis ſuſtinebit? In miſericordia ergo tua ſperandũ eſt. et humili confeſſioni inſtandũ. Unde iudicij met⁹ tolliť. vel mitigať. vt metuz pene. ſupet ſpes glorie. Oĩs tamen homo: iudiciuz horret. Quid enĩ faciet virgula deſerti. vbi concutiť cedrus paradiſi?' ⁊ hic interim diſcerne. ſi non locũ. ſaltẽ cauſam meam.' id eſt mea merita. que ſũt cauſa vite. de gente non ſancta. cum qua eſt mihi par infirmitas. ſed diſpar conſcientia. et deſideriũ ſcilicet ab hoĩe iniquo. ⁊ doloſo'. Hec eſt gens non ſancta''. Iniquus eſt. qui aperte mala facit. doloſus qui occulte. erue me''. Hic ĩ preſenti. ne ab eis corrumpar. Uel de futuro totum accipi poteſt: ſic. Iudica me deus''. Hec dicendo. non petit peccata ſua' diſcuti. qđ periculoſum eſt. quia aſtra non ſunt munda in cõſpectu eius. et in angelis reperit prauitatem''. ſed cauſam ſue retributiõis ab impijs ſeparari. vt hedis poſitis ad ſiniſtram. ipſe cũ electis ſit ĩ dextera. Unde: addit. et diſ. cau. m. de gen. non ſanc. qđ exponẽdo ſbdit ſcilicet ab homine doloſo et iniquo erue me in iudicio''. Gens non ſancta eſt: iniquus et doloſus a quibus in iudicio ſeparatur

Quia tu es deus fortitudo mea quare me repuliſti: ⁊ quare triſtis incedo dum affliget me inimicus.

Quia tu es. Q. erue. Quia tu deus es fortitudo mea'. non mihi arrogo fortitudinem. qua opus eſt inter hec ſcandala. quare ergo me repuliſti ſcḋm qđ videtur?''. Miratur cuz deus ſit eius' fortitudo quare modo videtur repelli: Deſiderans enim putat ſe repulſum. ideo quia non ſtatim habet qđ optat. ⁊ quare triſtis? ideo triſtis'. quia ⁊ ſi non vincitur vel. id eſt ſaltem periclitatur. id eſt pericula patitur incedo'. cauſã triſticie querit iſte: que eſt peccatum. ſicut cauſa leticie eſt iuſticia. Unde eſaias ait. Omnem flatuz ego feci propter peccatum. modicũ quid contriſtaui illum. ſic eniz. id eſt pro peccato punit deus. ideo triſtis. dũ id eſt'. quia affliget me tẽtationibus hic in preſenti. qđ non ibi faciet. i. in futuro inimicus.

Emitte lucem tuam ⁊ veritatẽ tuam: ipſa me deduxerunt et adduxerũt ĩ montem ſanctuz tuum ⁊ ĩ tabernacula tua.

Emitte ad iudicandũ. hoc iđ qr orat chriſto adueniente ad iudicium: tolleť omnis triſticia a ſanctis. lu. t. et veri. t. id ẽ chriſtũ'. Lux enĩ mundi ⁊ veritas patris eſt chriſtus'. qui veniẽs in primo aduẽtu: modo diſcernit cauſã meritorũ. ⁊ in ſeculo: eruet ab iniquo ⁊ doloſo. quia mittit angelos ſeparatores. qui ſeparabunt triticũ a paleis. ⁊ a zizanijs. vt colligant de regno eius omnia ſcandala. Emitte. ⁊ ita erit. quia certi iam pign⁹ habemus. quia iam ipſa. id eſt lux ⁊ veritas me deduxerunt a peccatis. et adduxerũt in montem ſanctum tuum'. id eſt in eccleſiam preſentem. que eadem eſt ⁊ tabernaculum. Unde ſequitur. ⁊ in tabernacula tua'. que ſunt peregrinantiuz. ⁊ militantium. Quamdiu enim ſumus ĩ corpore. peregrinamur a dño aduerſus diabolũ militantes.

Introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutẽ meã

Et introibo. Secunda pars vbi agit de leticia finali. pro qua laudat deum im tribulatione. qui ſuper triſtis erat. Uñ: ⁊ ſe ꝯfortat. Quaſi diceret. Deduxiſti me ĩ tabernacula'. vbi nos poſiti hoc ſpamus. qđ etiã Introibo. ď mõ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

te ſancto eius ſcʒ de ſancta eccleſia ad al-
tare dei ſcʒ ad illud inuiſibile altare cele
ſtis Hieruſalem. quo nō accedit aliquis
iniuſtus. Qui vero accedit: ſumit in
holocauſtū diuino igne totus incenſus
ad quod introibo: Sicut pontifex ad
ſancta ſanctoꝝ ſolus intrabat. ¶ Nota
ꝙ ad altare miſſam celebraturus ſacer-
dos aſcendens: ait. Introibo ꝛc. Deſide
rio enī ⁊ amore ſuperioris inuiſibilis al
taris hoc viſibile adire cū modeſtia de-
bet. eterna et non caduca petiturus vt
Chriſti celſitudinem humilis ſequatur.
Quod ſit illud altare exponit dicens. ad
deū ſcʒ introibo qui letificat iuuentutē
meā .i. nouitatē. qui ante ꝯtriſtauit ve-
tuſtatē. Et ideo:

Confitebor tibi in cythara de us deus meus: quare triſtis es aīa mea et quare conturbas me

Confitebor tibi in cythara. Cythara ab
inferiori reſonat ſicut pſalteriū a ſuperi
ori. Qui ergo precepta dei facit. et non
patit in pſalterio ꝯfitet. Qui vero facit
⁊patit quod eſt ex inferiori natura in cy
thara ꝯfitet. Et eſt ſenſus. Confitebor ti-
bi in cythara de. d. meus .i. gratias agā
tibi in tribulatione. Unde ſupra dixit.
triſtis incedo. Ecce iſte ſupra triſtis de
malis ſeculi: de bono intellectu ſibi gau
diū facit. ſed quare triſtis ꝛc. Uel ita iū
ge. quia ꝯfitebor. ergo quare triſtis es
anima mea: Hoc dicit. quia vult eā eri
gere ad meliora. Uel forſan quia nō po-
teſt vitare omnia peccata: timet. Diffi-
cile enī purgata vita inuenit cū ille iudi
cat qui nouit ad liquidū et purū iudica
re: quia etſi iā probabilis vita eſt int ho
mines vt non habeant quid iā reprehen
dant iuſte. inuenit tn̄ in homine quid re
prehendat deus. Quod nec ille ipſe qui
iudicandus eſt forte videt. hec timens a-
nima ꝯturbat. Unde ſubdit. et quare ꝯ-
turbas me. rationē: Frequent et vehe-
menter pſuadet triſticiā huius ſeculi fu-
giendā. que patientiā et charitatē et ſpeʒ
extinguit. et totā vitā bonā ꝯfūdit. poti⁹

Spera i deo quoniām adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei et deus meus.

Spera in deo.
non in te. Quid enī es in te: Quid es ī
te: Ille ſit ſanitas in te qui ſuſcepit vul-
nera de te propter te ⁊ potes ſperare qm̄
adhuc ꝯfitebor illi. Quid illi ꝯfiteberis:
Hoc: tu es ſalutare vultus mei: quia tu
me ſaluabis. et deus meus. quia creaſti.
eger ad te loquor. agnoſco medicum vel
morbū. non me iacto ſanū. Unde alibi
Ego dixi do. miſerere mei ſa. ani. meā. q
pecca. tibi. Hec vox fratres tuta eſt. ſed
vigilate in operibus bonis. tange pſalte
riū obediendo. tange cytharam paſſio
nes tolerando. frange eſurienti panē tu
um inquit Eſaias. Ne putes ieiuniū ſuf
ficere ſine elemoſyna et orone. ieiuniū te
caſtigat. ſed alterū non reficit. fructuoſe
erunt anguſtie tue ſi alteri preſtiteris lati
tudinē. Alijs ergo da quod tibi denega
ſti. Quāꝫ multos enī paups ſaginare poteſt
intermiſſum hodie prandiū. Ita ergo ie
iuna vt alio manducante: prandiſſe te
gaudeas. Hylarem enī datorem diligit
deus. Si panem dederis triſtis: et panē
et meritū perdidiſti. ergo ex animo fac.
et inſta orationibus. Quāꝫ celeriter accipi-
unt orationes bene opantiuꝫ. et hec eſt
iuſticia hominis in hac vita: ieiunium:
elemoſyna et oratio. Uis orationē tuam
volare ad deum fac illi duas alas. ie-
iuniū et elemoſynā quibus volet ad de-
um. Tales nos inueniat vt ſecuros nos
inueniat lux et veritas dei. cum venerit
liberare nos a morte qui iā venit ſubire
ꝓ nobis mortē.

Pſalmus XLIII

In finem pſalmus filiis Chore ad intellectum.

In finē pſal. fi. Cho. ad intel. Sciendum
eſt ꝙ in veteri teſtamento multis et abū
danter ꝯtulit deus bona tempalia tan-
quā rudibus et ad ſeruiendum allicien-
dis: et paucos affligi permiſit. In no-
uo aūt teſtamento econtra paucis fide-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf